

Lex municipii Tarentini.

6086 VIII¹ || ne esse liceat neve qu[is] quod eius municipi pequniae publicae sacrae | (2) religiosae (*sic*) est erit² fra[u]dato neve av[o]r-tito neve facito quo eorum | (3) quid fiat, neve per li[tt]eras publicas fraudemve³ publicum peius | (4) facito⁴ d. m.⁵ Quei faxit, quant[is]⁶ ea res erit quadruplum⁷ multae esto, | (5) eamque pequniam mu[n]icipio dare damnas esto eiusque pequniae | (6) magistratus qui quomque in municipio erit petitio exactioque esto. |

(7) IIIvir. aedilesque⁸ qui h. l.⁹ primei erunt qui eorum Tarentum venerit¹⁰, | (8) is in diebus XX proxumeis quibus post h. l. datam primum Tarentum venerit | (9) facito qui pro se praes stat¹¹ praedes praediaque ad IIIvir. det quod satis | (10) sit, quae pequnia public[a sa]cra religiosa (*sic*) eius municipi ad se in suo magistratu | (11) pervenerit, eam pequni[a]m municipio Tarentino salvam recte esse futur[a]m¹², | (12) eiusque rei rationem r[ed]diturum ita ut ei senatus censuerit. Isque IIIvir, | (13) quoi ita praes dabitur, ac[c]ipito idque in tabu[le]is publiceis scriptum sit | (14) facito. Quique quomqu[e] comitia duovireis a[ed]ilibusve¹³ rogandis | (15) habebit, is antequam maior pars curiarum quemque eorum qui | (16) magistratum eis comiteis petent¹⁴ renuntiabit, ab eis qui petent praedes | (17) quod satis sit accipito, [q]uae pequnia publica sacra religiosa eius municipi | (18) [ad] quemque eorum in eo magistratu pervenerit, eam pequniam municipio | (19) Tarentino salvam rec[te] esse futu[ra]m¹², ei[us]que rei ration[e]m redditurum | (20) ita ut ei senatus ce[nsu]erit, [i]dque in [tabu]leis publiceis scriptum sit facito. | (21) Quodque [quoi]que neg[oti] publice in m[unicipi]o de s. s. datum erit negotive | (22) publice gesserit pequniamque publicam [deder]it exegerit, is

1) *Tabulam nonam fuisse legis significatur (similis indicatio supra N. 58, item in lege Cornelia de viginti quaestoribus, C. I. L. n. 202 = Bruns font. iur. ed. 3 p. 88).* — 2) *Agitur de crimine peculatus. Similiter lex Iulia peculatus, Dig. 48, 15, 1: ne quis ex pecunia sacra religiosa publice auferat cet.* — 3) *Vix sana haec, certe excidisse quaedam videntur. Per litteras fraudem sese non facturos iurant scribae coloniae Genetivae (N. 6089) cap. LXXXI.* — 4) *Quo id peius fiat, lex Iulia peculatus (Dig. l. c.), de moneta publica.* — 5) *Dolo malo.* — 6) *quanta editio Romana.* — 7) *Cf. Mommsen Strafrecht p. 774; Paulus sent. 3, 27 cet.* — 8) *Magistratum nomina vix ea quae Tarenti, Graeco in oppido etiam post civitatem Romanam acceptam, in usu fuerunt, sed in lege ab initio sine dubio non solis Tarentinis scripta Romana magistratum vocabula posita. Inde etiam id explicandum quod modo quattuorviri nominantur, modo duoviri (v. 14), modo utriusque (v. 59).* — 9) *Hac lege.* — 10) *Videntur hoc anno magistratus facti ab eo qui Tarentinis iussu populi Romani hanc legem dedit.* — 11) *Vide Mommseni commentarium (eph. ep.).* — 12) *Cf. legis Malacitanae (infra N. 6089) cap. LX.* — 13) *Cf. not. 8.* — 14) *Fortasse nonnulla exciderunt. Ceterum cf. legis Malac. cap. LIX.*